

CONTROVERSIÆ JURIS FEUDALIS
Disputationibus XI. enucleatae,

Quæ

M. D. O. M.

SUB PRÆSIDIO

JOHANNIS NIELLII
VESALII J.C.

*In celeberrima Cattorum Academia Marpurgensis exercitij gratia defendendas
suscepereunt*

Nobiles & eruditi aliquot juvenes LL.
studiosissimi.

Editio secunda ab ipso auctore aucta.



MARPURGI CATTORUM,
Imprimebat Paulus Egenolphus, Typogr. Academicus.

c i o i o x c v i l

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO R. L. G. V. M.

CLARISSIMIS ET MAGNI-
FICIS VIRIS, D.D. PETRO BREMKENIO, IV-
rium Licentia&to, & RUTGERO BRECHTIO, Consulibus,
zotig Senatus Vesaliensis Reip. Dominis & Patribus plu-
rimum observandis, S.P.



U M juxta Regii Prophetæ sententiam, filii sunt possessio patribus à Jehova concessa, Clarissimi & Magnifici viri, Domini & Patres plurimum observandi, meritò illorum labores eius possessionis fructus censeri debent. Cùm autem non solum illi patrum loco habendi sint, qui filios generunt, sed etiam inter alios, fidi Magistratus, qui Patres patriæ nominantur: cur non & illi fructuum horum hæredes constituantur, ab illis præsertim filiis, qui omnes suas actiones eò collimat, ut & patriæ & suis familiis sint utiles & ornamēto. Quales sanè non paucos videt hodie filios hæc fœlix Respublica, filios inquam spei magnæ, quos hic natos, sacro Baptismate tintos, in Ecclesia & Schola piè & diligenter à vestris Pastoribus & Scholæ moderatoribus institutos; nostris speramus successuros laboribus, & fœliciter Ecclesiam, Rempublicam & pias familias ornaturos: & inter illos vixit quām diu Deo patrividum est, Joannes Niellius meus: sed virentem illam arborem, florēt, & quodammodo fructificantem præmatura morte succisam voluit Dominus: & quid dicam, dissimulēnre summo cum meo id factum dolore? cùm nihil humani à me sit alienum: & cum ingenti totius familiæ damno, quæ magnas de ipso spes conceperat, id factum experiar. Sed quid conquerar, justa semper est eius voluntas, qui spes nostras humanas eludere solet, ut in ipso solo acquiescamus: semper sapientissima providentia & immensa bonitas, qua bona & mala dispensat in suorum salutem. Ori igitur manum imponam, & tacebo, quia tu sapientissime, clementissime, & justissime Domine fecisti: tantum hoc toto animo exopto, ut pro sua immensa clementia misericordiarum ille patet summo iure nobiscum non agat, sed eam lampadem quam in illo extingere in terris voluit, ut luceat in cœlo, in reliquis septem filiis accendere dignetur, ad magni sui nominis gloriam. Nuncautem dum

Disputatio I.

DE FEUDORUM ORIGINE, authoritate, definitione & divisionibus.

Respondente Johanne Prott Lemgoviensi VVestphalo.

THEISIS I.

PRIMA fendorum origo ferè unà cum genere humano extitit: quando primum cœperit ob rei antiquitatem definiri nequit: probabile est ab iis promanaſſe, qui primi in alios Imperium usurparunt, qui hujusmodi adminiculis infirmam adhuc & crescentem suam potentiam corroborare necesse habuerunt.

A Prima igitur monarchia fendorum initia deducimus, qua cœpit virto adhuc Nos. Genes. ro. vers. 8. & seqq. Berof. de antiqu. regn. lib. 4. facit. e. un. §. 1. ibi antiquissimo. t. F. 1. & quod ad vires Imperij augendas & confirmandas hac res fuerit introducta, text. ell. in c. 1. vers. permultas enim. 2. F. 32. Qua ratiō antiquissimo illo tempore multo magis locum habuit, ut probabile omnino sit, rem Imperij & regni, inter nationes & populos liberat & sui juris ab initio exurgentibus, tam utilem & tam necessariam, etiam eo tempore excitatiss. & concinua serie in reliquis etiam monarchijs suisse usurpatam. Sed ne conjecturis immoremur, exemplum huins rei extat manifestum Genes. 14. vers. 4. ubi exemplum est quinq. regum, qui dicuntur 12. annis servivisse Chedorlachomor, & anno. xiiij. ab eorebellasse. Cur huic servierunt? absq; dubio quia bello vicitis restituta sunt ipsi regna sub conditione, fidelitas vicitori in posterum nomine receptorum regnum praeflenda. Serviorum igitur, non ut mancipia, (Tyrannus autem hoc in more fuit, ut victor reges promancipis haberent. Sic Adonibezel reges 70. Iud. 1. vers. 7. Persicus Sapor Imp. Valerianum, Tamberlanes Bajazetem &c. Hos autem s. reges ita habitos non fuisse, sed sui regni à victore restitutis prefuisse, colligunt ex d. cap. 14. vers. 2. 8. 11. 21. & seqq.) non etiam ut subditi canid: nam fidelitas que subjectionis ratione prefatur personam ipsam tamum respicit, & habitacionis tantum ratione, quam quis habet in territorio Domini prefatur. Rosenth. in synopsi fendi. cap. 6. §. 160. sed ut vasalli, & ratione regnum, qua cum victori jure belli plenū jure acquisita fuissent, & item ea qua ex hostib. Iust. de rer. divisi. l. si capti. 20. §. 1. vers. publicatur de capt. & posti. rever. id sis sub fidelitatis conditione rursus à victore fuerant concessa. Habuerunt igitur usi non fructum feudi regi, si sub fidei conditione ipsi concessum, cuius nomine practicerunt per annos 12. servicia feudalia. Simile exemplum est 2. Paralipom. 36. vers. 13. (ubi etiam mentio juramenti fidelitatis) Item. 12. vers. 3. & 9. Et aliquot exempla 3. Regum. 4. vers. 7. cum 14. vers. seqq. Exem-

*S*ed huius nullitatem & falsitatem multis multi probarunt: reliquis plenius & accuratius
Author libri, qui inscribitur Brutum fulmen Papa Sixti V. adversus Henricum Sereniss.
Regem Navarra &c. ubi pag. 228. & seqq. 25. argumentis, corumq; plerisq; ex Pontificioru
scriptis desumptis, hanc falsitatem demonstrat. Nullitas uolex eo manifesta est, quod Re-
gibus (quibuscum plerumq; hereditariam obtineant dignitatē, plus juris in regno, quam
Imperatori in Imperio, quod ex electione olim Senatus & populi, hodie Septem virorum ob-
tinet, tribuitur) ditiones suae ex propria regni lura sine populi & subjectorum consilio &
consensu alienare non est licitum, ut probat c. intellecto 33. ex de jure iur. plenius Hotom. s.
quest. 2. fol. (mibr.) 8. &c. Ipsi Impp. sibi hoc non licere testaneur titulo, quo hodie uti unsur.
quod alien getten michtet des Reichs. (Ex eo ex Augustum Romanis dictum vulgo existimant,
quod meritò displicet Corasio 3. misc. 22. n. 6. 7. & eos satius refutatur, quod Augustum Gra-
ci dicant Σερασόν. Act. 23. vers. 25. & c. 27. pr. id est, venerandum, majestatis plenum:
Confer Mys. ad epigraphen proemij Instit. nu. 26. ubi ab augurijs Augustum dictum pu-
tare.) Accedit d. bruum fulmen. fol. 52. & seqq.

DISPUTATIO III.

De Rebus que in feudum dantur.

Respondente Johanne Jacobo Aultero Stutgardiano
VWirtemb ergico.

THESES I.

Res, quæ in feudum dari possunt, sunt corporales, exq; vel soli, vel
solo cohærentes.

text. est 2. feud. 1. §. fin. Ad hanc classem pertinere, pradicta fundum, aream, & disticū,
sylvam, arvum, hortos, metallorum, calcis, arenas &c. fodinas sensibiles caret dubio. Ho-
tom. disp. feud. 15. pr. Eodem referunt molendina: quod tamen ita verum est, si aliquantum
saltē solo cohærente, ita ut loci non moveantur, qua distinctionis etiam horrea & gra-
naria recte in feudum dantur. L 18. de act. emp. l. 60. de acquir. rer. dom. Ita Borch. c. 6. n.
11. Rosenth. c. 4. §. 2. lit. f. & §. 3. Insula etiam in feudum dari posse, non est dubium. Sed
quid de insula mobili quæ mari vel fluvio innata sit, cuius mentio sit in l. pen. §. 2. de ac-
quir. rer. dom. Non magis in feudum dari posse dicendum, quam navem. arg. L illud. ad
L. Aquil. nulla enim ratio reddi potest, cur navis in feudum dari non possit, nisi quia res
mobilia est. l. 1. §. 7. junct. §. 6. de vi & vi arm. Exempli navis, molendina etiam in aquis
parantia in feudum dari posse recte negatur. Rosent. d. §. 2. in fin. De lacubus & stagnis idē
aut Hotom. d. disp. 16. muli d magis: dem est dicendum de fluminibus. Inter immobilia, qua-
per se in feudum recte dantur etiam vulgo numerant fructus pendentes. Rosenth. c. 4. §. 2.
Ferr. Mont. lib. 2. feud. c. 3. quod percipere non possum: Si enim de fructibus unius tantum
anuēt hoc intelligatur, non video quale sit illud futurum feudum, ex quo nullius utilitas per-
cipi potest, nisi simul feudum extinguatur, exiret a se. re immobili, quæ constitutus fructi-
bus, utrum percipiat, eum extingui necesse est. Si de perceptione multorum uniuersum in-

in hac materia impensis reliqui recessus & distinctum explicasse videtur. Don. in comm. post
tat. de pot. bared. j) maritorum restituentiam dotem soluto mat. & aliorum possessorum bo-
naf. De utilib. impensis text. eff 2. F. 23. §. si vasallus. cui concordat L. 27. §. fin. vers. nisi ta-
men paratus sit: de R. V. ubi idem planè dicitur, quod in d. §. si vasallus. quod a magno confir-
mat, quod diximus, totam hanc de impensis questionem ex iure civile definiendam esse.
Prolixè eam tractat Pistor. 2. qu. 42. per tot. ubi & apud Ros. §. 120. & aliquor seqq. varia
videri possunt opiniones. Pistorium in plerisq; sequimur. Diversum jus obtinet in emphy-
teuta: quem citra hujusmodi distinctionem rectè negat Bald. ad L. 1. & 2. C. de jur. emphyt.
ullas repetere impensam, licet absq; eius culpa emphyteusis finiatur, & siue sit emphyteusis
privata, siue publica. In hoc enim illis emphyteusis data & concessa est sub canone, qui non
equat justam locationis mercedem, ut eam reddat meliorem, & in eam impensas faciat:
(semper enim habet ille contractus ex parte accipienti meliorationis legem. Cuj. in c. un.
qui success. teneant. p. 2. cum Borch. de feud. c. 3. nn. 2.) atq; ideo recte placuit etiam magna
impensa ad emphyteutam spectare. Costal. ad L. 61. locat.

DISPUTATIO XI.

De Regalibus.

Respondente Gerlacho à Kerßenbruch, VVestphalo..

THESES I.

REgalia a sunt iura b. eis qui superiorem non recognoscunt t (non a-
liis, nisi ex illorum concessione, vel præscriptione d) competentia
ad rem pub. tuendam. Suntq; vel maiora, vel minora..

a) à Rege sic dicta, curius nomine jure feudali plerumq; intelligitur Imperator: un-
der regalia, pro Imperatoris iura. Hot. in lexic. feud. verb. regalis. atq; ita accipit in c. un. qua-
se sint reg. non habet dubium: cum sit Constitutio Friderici, (primi, ut contra alios probat,
Dn. Præcept. Sixtin. in eruditio comment. ad d. c. un. in proem.) edita postquam hac iura
post victoriam vindicasset à civitatib. Italia: ut ex Gualthero (qui gesta Friderici I. car-
mine conscripsit. Hot. 2. F. 53. pr.) & Radivoio probat Hot. d. c. un. 2. F. 56. pr. Variar opini-
tur haec iura dicantur regalia vid. apud Ros. c. 5. §. 2. lit. c. b) ita definit Sixtin. in
d. comment. c. x. contra Hotio. qui in lexic. feud. verb. regalia profundis. & disp. feud. 6. pr.
contendit, passim in iure feud. regalia præcisè profundi regalib. accipi: quod tantum abesi-
ut locis ab eo adductis probetur, ut (excepto d. c. un.) nusquam in his libris feudorum nulla
etiam in regalib. simpliciter fiat mentio. Sixtin. d. loc.. c) his omnib. regalia com-
petore experientia testatur, & communiter à D. d. receptum est. Sixtin. in d. c. x. ubi ex eo
arguit angustiam definitionis vulgo recepte, quod regalia sunt iura Imperatori competen-
tia. & c. Rosenth. d. §. 2. Borch. in d. c. un. 2. F. 56. nn. 2. d) quis legitima concessio-
ni loco est: his duob. modis acquiruntur regalia superiorem recognoscitib. Borch. num. 6.
Concedere potest Imperator, modis concessio non tendat in gravem Imperium lessonem. argu-
dit. disp. 2. ch. 6. in fin. Ros. d. c. 5. §. 6. M. Ant. Peregr. tract. de iure & privil. fisci. lib. 1. c. ult.
nn. 74. in quid defundo regalib. Imperatore investiti sunt, eand. potest autem in suo territo-